

\*Nov. 3. (Romae) In palatio Constantiniano Columbanus submittit 'defensioni et immunitati sedis apostolice omnes res illas que' acceperit 'per preceptum a gloriosissimo rege Agilulfo .. in valle que nominatur Bobio'. 'Anno .. pontificatus d. Gregorii summi pontifici et universalis pape ... IIII, ind. III.' (Charta spuria, cf. Muratori, Ann. a. 599, III, 558). Apogr. sec. XIII. arch. Taurin. — Ughelli IV, 952; Rossetti, Bobb. ill. I, 74; Hist. patr. mon. I, 2; Troya 249. 11

C. 601.

— Spoleti Theudelapius, filius Faroaldi, tertius dux Spoletinus. PD. IV, 16; cf. Muratori, Ann. a. 601. IV, 3; Fatteschi, Mem. de' duchi di Spoleto p. 19 ad a. 602.

602. Ind. 5— Spt. 1—6; Agilulfi a. 11— Mai. —12.

Jan. — Gregorius papa Arogem ducem (Beneventanum) rogat, ut actionarios suos in trabibus ad SS. Petri et Pauli ecclesias reparandas incisus ex Bruttiis ad mare trahendis Savinum subdiaconum adiuvere iubeat; promittit hoc munere dignum xenium se transmissurum. Rg. XII, 21; Jaffé 1455; Troya 253. 12

C. 602.

— Modoetiae Theodelinda regina condit ecclesiam S. Johannis baptistae. PD. IV, 21.

603. Ind. 6— Spt. 1—7; Agilulfi a. 12— Mai. —13.

Ante Apr. 7. Modoetiae in palatio Adaloaldus Agilulfi ex Theodelinda filius nascitur. PD. IV, 25.

Apr. 7. Modoetiae in eccl. S. Johannis bapt. Adaloaldus baptizatur catholice in pascha. PD. IV, 27.

Jul. Mediolano Agilulfus rex egreditur. PD. IV, 28.

Aug. 21. Cremonam Agilulfus capit. PD. IV, 28.

Sept. 13. Mantuam Agilulfus capit. PD. IV, 28.

Nov. — Pax facta est inter Agilulfum regem et Smaragdum exarchum. PD. IV, 28.

Apr.—Dec. — Theodelinda regina scribit Gregorio papae, filium sibi esse natum et catholice baptizatum. Ita refert Greg. Rg. XIV, 12. 13

Dec. — Gregorius papa Theodelindae gratulatur, quod filium et natum et catholice baptizatum ex epistola eius ex Genuensibus partibus transmissa cognoverit. Secundo abbati se responsurum promittit. Adulouvaldo regi filiolo mittit phylacteria eiusque sorori tres annulos. Rogat, ut Agilulfo 'de pace facta gratias referat'. Rg. XIV, 12; Jaffé 1544; Troya 277. 14

604. Ind. 7— Spt. 1—8; Agilulfi a. 13— Mai. —14.

Jul. Apud Mediolanum in circo Adaloaldus coronatur rex Langobardorum, praesentibus Agilulfo patre et legatis